



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 74. Passarovicensis Pax Cæsarem inter & Turcas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

Sæc. XVIII. vatorem, Messanam, & Milaccum plu.  
A.C. 1718. resque alias urbes ejectis Sabaudis,  
qua armis, qua deditio[n]e c[on]cep[er]unt.  
Ast rapidum victoriæ cursum iutercidit  
Architalassus Bingius, qui die undecima  
Augusti cum sua classe prope Messa-  
nam appulsus, inito naval[i] certamine  
quinque Hispanorum naves incendit,  
& quatuor mari demersis, alias unde-  
cim unacum Castagnetta Hispano Ar-  
chithalasso cepit, reliquæ Melitam  
d[omi]nata postea ab Anglis interceptæ  
sunt, adeo, ut tota Hispana classis  
igne, aqua, & captivitate uno die pe-  
riret. Paulopost Cæsarei Hispanos ag-  
gressi post mutuam utriusque partis cla-  
dem horum castra obsessa cinctaque-  
bant. Demum ad Hispanæ calamitatis  
cumulum accessit bellum eis a Gallis  
denuntiatum, & rusticorum in Mexico  
rebellio ob vestigium augmentum.

## §. LXXIV.

*Passarovicenses Pax Cæsarem inter  
& Turcas.*

Kettet.  
Dec. VI.  
pag. 874.  
Hist. cont.  
Chron. l. 16.  
pag. 83.

Interim Eugenius Princeps ad conser-  
vandum Belgradum & continuam  
dam prosperam belli expeditionem  
cuncta, quæ potissimum conferre cen-  
suit, provide disposuit: vicissim supre-  
mus Vezirius Mußapham olim Belgra-  
dieniem

densem Bassam ad Eugenium Princi- Sæc. XVIII.  
pem transmisit, significans, Sultanum A. C. 1718.  
pacis studiosum Cæsari bello parta re-  
linquere paratum esse, armorumque  
inducias petere, donec firma pax sta-  
biliri posset. Has tamen propositiones  
rejiciens Eugenius respondit, tutissi-  
mum pacis medium esse bellum, ac  
secundos armorum successus. Nihilo-  
minus Paßlarovici in Servia serio de  
pace agi cæperat; convenerant Cæsa-  
ris nomine Hugo Comes de Virmond  
& Michael Dahlmanus Interpres:  
pro Venetis Ruzzinius Eques, Turcæ  
vero præter Achmet - Han Legatum  
suum tanquam pacis conciliatores felic-  
ebant Angliæ Regis Legatum Rober-  
tum Equitem Suttonium, & Hollan-  
diæ Oratorem Jacobum Comitem de  
Colliers. Horum igitur opera die quinta  
Junii pacis negotium prospere cæptum,  
die vigesima prima Julii confectum, &  
ad viginti quatuor annos confirma-  
tum est.

### §. LXXV.

*Hujus Pacis articuli summo Pontifici  
minus probati.*

Præterquam quod hujus pacis arti- Epist.  
culis utriusque partis limites ver- Clem. XI.  
sus Croatiam & vicinam regionem juxta pag. 230z.

Ccc 4

Car-